

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 187. Dissidia in Universitate Pragensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

Sæcul. XV. clesiaisticorum partem adversus Papam  
A.C. 1409. ad defectionem pertrahebat. Sbinco re  
intellecta duo edidit decreta, unum ad  
Pragensem Academiam directum, cui  
injungebat, ut Wiclefi libros ad se de-  
ferret, flammis tradendos, alterum ad  
omnes Parochos, & Verbi divini Præco-  
nes transmissum, quibus præcepit, ut po-  
pulum instruerent, quod post pronuntiata  
Consecrationis verba in SS. Eucharistia  
nil supersit, præter Corpus & Sangui-  
nem Christi sub speciebus panis & Vini,  
quem articulum Joannes Hussus concio-  
nibus suis impugnabat.

## §. CLXXXVII.

*Diffidia in Universitate Pragensi.*

**Boleff. Balb.** Sub idem ferme tempus alias accidit  
**epit. rer.** casus, quo Joannes Hussus non pau-  
**Boh. pag.** corum invidiam apud Germanos sibi ac-  
**418. 428.** cersivit. Academia Pragensis ab Impe-  
ratore Carolo IV ad normam Parisiensis  
Universitatis Anno Salutis reparatae Mil-  
lesimo trecentesimo quadragesimo septi-  
mo condita, quatuor constabat Nationi-  
bus, Bohema, Bavara, Saxonica, atque  
Polona. Cum vero tres illæ postremæ  
vix non omnes ex Germanis compone-  
rentur, ac proin tribus omnino suffragiis  
Bohema Natione potiores essent, ideo  
potis-

potissimum partem Cathedrarum, digni-  
 tatum, Academiæ negotiorum, ac præ-  
 cipuorum Urbis Beneficiorum, exclusis  
 Bohemis, sibi solis vindicabant. Joa-  
 nes Hussus probe animadvertisens, quod  
 hancce Germanorum usurpationem non-  
 nulli ex suis popularibus, præprimis  
 Hieronymus de Praga, & Joannes de  
 Zuvikowiz valde iniquo ferrent animo,  
 cum illis sua confert consilia, junctaue  
 eorum opera omnes Wenceslaum jam  
 aliunde Germanis ob eruptam sibi Impe-  
 rialem coronam infensum supplices a-  
 deunt, ut deinceps Bohema Natio, jux-  
 ta Universitatis Parisiensis institutum, ac  
 Caroli IV sanctionem, extraneis pro uni-  
 co voto computatis, sola tribus suffra-  
 giis gauderet. Hæc cauſsa ingenti u-  
 trinque animorum contentione agitata  
 est; Verum Joannes Hussus auctoritate  
 ac gratia, qua apud Reginam tenero af-  
 fectu sibi addictam plurimum valebat,  
 opportune usus, suorum Concivium po-  
 stulatis propitiam a Rege obtinuit sen-  
 tentiam, quæ die decima tertia Octobris  
 Anno Salvatoris nostri millesimo qua-  
 dringentesimo nono publicata fuit. Igi-  
 tur Germani cauſsa se cecidisse, simulque  
 privilegia sua amisisse ægerrime ferentes,  
 Academia exceſſerunt, & in Misniam  
 transmigrarunt, abductis secum duobus  
 & amplius Studiosorum millibus.

§. CLXXXVIII.